

quibus PATRIA MAJESTAS latisime  
imperat, verum etiam univ<sup>er</sup>si generis  
humani, PRINCEM Ordinis nostri  
demisse, reverenterque licuit salutare.  
Quæ res, cum spem & conditionem no-  
stram superet, tantam nobis omnibus,  
quoties illam, quod fit quotidie, cogita-  
mus, affert alacritatem, & lætitiã, ut  
omnium illorum, quæ adversa nos pre-  
munt, obliviscamur, & enitatur certa-  
tim, quo sub PRINCIPE RECTORE  
quolibet munere mandato recte, & ordi-  
ne perfungatur, nemoque deprehenda-  
tur inter nos, qui officii sui neglecti reus  
jure queat accusari. Auget hanc hilarita-  
tem, & addit animum, quod CELSITU-  
DINIS TUÆ REGIÆ amor erga pieta-  
tis studium, & bonas artes, quibus tum  
toga, tum sagum instruitur, non inco-  
gnitus sit, neminemque lateat, quam avi-  
de ista haurias, quæ Principem decent,  
qui vestigia tot tantorumque Majorum  
persequitur, & ad regendos imperio